



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

S. Amandus Episcopus, Brabantiae, Flandriae, Slauorum, et Vasconum  
Apostolus. cap. LII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

hinc feliciter obdormiuit in monasterio Epternaco Benedictino a  
se constructo, anno Domini 736. Septimo Idus Nouembris, ubi &  
sepultus est: de quo canitur, quod

*In uirtute potens, diuino plenus amore,*

*Ore sagax, & mente uigil, & seruidus actu.*

*Reda in hist. angl. lib. 5. c. 11. & 12. Molanus in indic. SS. Belgij, & alij  
in martyrologio nostro notati. Scripsit*

*De sua peregrinatione, lib. 1.*

*Homiliarum, & Epistolarum, lib. 1. Ecclesiasticos canones, lib. 1.*

### S. AMANDVS EPISCOPVS:

Brabantiae, Flandriae, Sclauorum, & Vasconum  
Apostolus.

qui

*Annunciauit opera Dei, et facta eius intellexerunt.*

*Psal. 63. Cap. LII.*



**S**V praecedentis imagine depictus est S. Amandus  
monachus, & Episcopus Tungrensis, necnon &  
Brabantinorum, & Flandrorum Apostolus, quorum  
populorum insigne in manibus habet, Leonem au-  
reum in umbone nigro quod est Brabantinorum,  
sive ut maus, nigrum in stamine aureo, quod est  
Flandrorum. Hic Serani Ducis Aquitaniae filius cum perpenderet ua-  
nitates huius mundi (qui fallacibus promissis ad sempiternum in-  
fernum, quos extollere uidetur, extrudit) abiecto eius amore, se to-  
tam diuinam religionis obsequio mancipauit, susceptoque in hume-  
ros Diui Benedicti habitu, insignem se diuini uerbi praedicatori-  
um exhibuit, tantumque profecit, ut multi mundanae felicitatis co-  
tempores, per eius doctrinam effecti, in sacco & cinere poenitentiam  
petent saluarent: quos inter praecipui referuntur, Bauo, Hasbaniae  
Comes, Rictrudis, cum tribus filiabus & Mauronto filio, alijque  
plurimi in sanctorum numerum omnes relati: proinde ab omnibus  
populis uidelicet ad quos sancta eius praedicatione, aut beatae conuersa-  
tionis fama peruenerat, ita dilectus erat, ut nullus parer ab optimis  
magis diligere potuerit, quam is ab omnibus bonis amaretur.

V V u Mira-

Miraculis adhuc niuis egregiis claruit. Sed cunctis penè miraculis est maius, quod vitæ sancti monia, & prædicatione verbi Dei infideles etiam infinitos conuerterit. In multis namque Brabantie locis fidem Christi prædicauit, potissimum iuxta Bruxellam & Nivellis; & non contentus terminis suæ Diœcesis, aliis etiam gentibus Evangelium annunciauit ut Sclauis circa Danubium, Valconibus, circa Pirenaeos saltus: & in Flandria Gandensibus potissimum, & Pablenensibus. Gandenses enim à Mercurii, & aliorum Idolorum cultu, auocauit: ibique duo celeberrima monasteria Benedictina construxit; cuius rei causa præcipuus Gandensium Apostolus, in hodiernum diem uocatur. Tandem miraculorum gloria clatus in suo diocesi Elnonensi, quod hodie ab eius nomine S. Amandi dicitur, quæ tam mortem obiit anno Domini 661. octauo Idus Februarii: ubi sepultus magna ueneratione honoratur.

*Eius uita. Molanus in indic. SS. Belgij. Cratæpolius de episcopis Germaniæ; Theatrum conuersionis gentium, & alij in martyrologio nostro citant.*

DE S. VULFRANNO MONACHO  
Fontanellæ, Episcopo, & Confesso-  
re Frisæ etiam Apostolo,  
qui tamen in Arbore depictus non est.

*Defraudandus suo labore non uidetur, licet non sit  
in Arbore.*

S.



VULFRANNVS Fontanellæ monachus, & Episcopus Senonensis. Hic enim S. Vuilibrardi in Frisiaca messe cooperatore strenuus, Radbodi Regem, diu multum sua idola, & dæmoniorum simulachra defendentem, accepto in manu gladio spiritus sancti (quod est uerbum Dei) intrepido animo, diuino ad hoc opus oraculo in somnis aduersatus, aggreditur: & per annos quinque infatigabiliter laborans, cit, ut multi nobilium & infimorum abrenunciata idololatria de fidei fonte abluerentur, inter quos Radbodi regis filius, qui huc in albis positus, mundus, ut creditur, transiit è mundo. cum